Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35473
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift

Exaltare super celos deus: et sup omem
terram gloria tua: vt liberentur dilecti tui
Saluum fac dextera tua et exaudi me
deus locutus est in sancto suo. Exultabo
et diuidam sicimam. et conuallem taber=
naculorum dimetiar. Meus est galaad
et meus est manasses: et effraim
suscepcio capitis mei. Iuda rex meus
moab lebes spei mee. In idumeam
extendam calciamentum meum: mihi alie=
nigene amicti facti sunt. Quis dedu=
cet me in ciuitatem munitam. quis
deducet me vsque in idumeam. Nonne
tu deus qui repulisti nos: et non exibis
deus in virtutibus nris. Da nobis au=
xilium de tribulacione: quia vana salus
hominis. In deo faciemus virtutem: et ipse
ad nihilum deducet inimicos nros.
Deus laudem meam ne tacueris: qa
os peccatoris et dolosi super me ap=
tum est. Locuti sunt aduersum me
lingua dolosa: et sermonibus odij circum
dederunt me et expugnauerunt me gra=
tis. Pro eo vt me diligerent detrahe=